corpore: niſi et aliunde appareat: niſi crediniſſem equū
fuiſſe: ⁊ bouē nō fuiſſem legaturus. Sꝫ ibi. Lego bouē
meū: ⁊ nō eſt bos: ſꝫ equus nō valꝫ legatū .l. ſi quis i fū⸗
di vocabulo. ff. de leg. i. ſi tamē appareret de voluntate:
vel qꝛ iſtum equum ſolebam vocare bouē: forte qꝛ ibat
lente: vel quia habebat groſſum ventrē. tunc valeret le
gatū. vt .l. ſi quis in fundi vocabu. Item quidam habe
bat duos ſeruos ſtichū fulonē ⁊ pāphiluꝫ piſtorē. ⁊ ſic
legauit. Lego vxori ſtichū ſeruū meū piſtorē. qs eoꝝ ꝺ
bebitꝰ an ſtichus vt ſic falſa demonſtratio ꝑ nomē piſto
ris nō noceat. an pāphilus piſtor vt demōſtratio ꝑ no⸗
mē ſtichus nō noceat. Dicꝫ tex. ꝙ ſi teſtator vere ſciebat
nomē ꝓpriū cuiuſqꝫ ſerui. tūc ille ſeruus debetꝰ cuiꝰ no
mē ꝓpriū expſſit. ⁊ dicetꝰ in artificio erraſſe. Si autē nō
vere ſciebat nomē cuiuſqꝫ. tūc debebitꝰ piſtor. ⁊ dicetꝰ in
noīe ꝓpo erraſſe. vt i .l. qui habebat. ff. de reb. dubi. Itēꝫ
ibi ſi ſuꝰ cōis ticij ⁊ meuij. ſtipuletꝰ dñis ſuis. Dicit tex.
ꝙ refert an dicat dñis ſuis ſimplr. an ticio ⁊ meuio ſim⸗
pliciter. an apponat vtriqꝫ noīa ꝓpa ⁊ appellatiua. Itēꝫ
ſi tñ pōit noīa appellatiua dicēdo dñis meis. videtꝰ eis
ſtipulare vt dñis. iō ſi ſūt dñi ꝓ inequalibus portiōibꝰ:
ita eis inequalr acqritꝰ. ſi ꝓpa noīa: tūc lꝫ ſint ineqlr dñi
eis acqritꝰ equalr: ſicut ſi vni in ſolidū nominatiꝫ ſtipu⸗
laretꝰ. ſi ꝑ vtrūqꝫ. ſ. noia ꝓpria ⁊ appellatiua refert qꝺ no
men precedat an ꝓpriū vel appellatiuū. nā ſi ꝓpriū ꝓce
dit eis equalr acqritꝰ. ſi appellatiuū precedit. tūc acqritꝰ
eis prout ſunt dñi .l. ſi ſeruus cōmunis. ff. de ſtip. ſer. Itē
ibi iudex ꝓcepit ſeruiēti vt citet Petrū Ioānis. ip̄e ci⸗
tat Petrum Martini ſub nomine Petri Ioannis. dici⸗
tur ꝙ ſi hic citatus ſub noīe Petri litigabat corām illo
iudice: ⁊ in illo litigio iudex fecit eū citari valet citatio:
qꝛ ꝯſtat de corpore: ⁊ ꝙ de illo tāꝫ iudex qꝫ pars litigās
egit. Idē eſt ſi nō litigabat corā illo ſꝫ cōmuniter ſic vo
cabatꝰ: qꝛ tā iudex qꝫ pars litigās ſe retulit ad illud cor⸗
pus. qꝛ ſic cōmuniter vocabatꝰ: lꝫ in rei ꝟitate alio nomi
ne vocetꝰ. Idē ſi nō cōmuniter ſic vocetꝰ: ſꝫ eſt de illo ma
leficio vel debito de quo queritꝰ reputatus obnoxius: qꝛ
tā iudex qꝫ pars aduerſa de tali ſentit. Nō obſtat ꝺ Iſa⸗
ac q bñdixit Iacob. ⁊ animus referebatꝰ ſup Eſau. nam
animus ſuus ferebatꝰ ſuper illo corpore qꝺ erat Iacob
lꝫ crederet ꝙ eſſet Eſau. ⁊ ideo tenuit benedictio in Ia
cob que ꝓcedebat ex animo ⁊ facto ipſius Iſaac bene⸗
dicētis. ſecus in citatione que fit ꝑ ſeruiētē ⁊ non ꝓce⸗
dit niſi ex animo iudicis .l. ſi. C. de exhi. re.

¶ Denūciare eſt crimē alicuiꝰ ſuꝑiori nūciare: ita ꝙ pre
poſitio de. augeat denūciationē. vt in ſi. ff. depoſiti .l. i. in
pn. Hoſti. aūt in ſum. ti. de accu. ⁊ rubri. de denū. §. i. dic̄
decime facta dilatio ad penitētiā agēdā vel aliam legiti
mam penā imponēdā: vel ēt ad vtrūqꝫ. ⁊ in. §. ſe. ip̄e di
ſtinguit quidē denūciationē dicēs: ꝙ quedam eſt denū
ciatio penitētialis ⁊ euāgelica. ⁊ ad illā quilibet admit⸗
titur. quedā ꝟo iudicialis ⁊ canonica: ⁊ ad illam nō qui
libet admittitꝰ. vide ibi de illa. ⁊ in reportatiōibus. Io.
an. c. nouit. ꝺ iudi. ⁊ Hoſt. in ſum. ti. de accu. dicit ꝙ mā
datum euāgelicū ſi peccauerit .ij. q. i. extēditur ſoluꝫ ad
illos qi magiſtratu ſūt poſiti ſiue clerici ſiue laici. argu.
xxiij. q. iiij. duo iſta noia. xviij. q. iiij. de p̄ſby. q̄d ad alios
aūt ē cōſiliū. ⁊ hoc ē verū in peccato cōmiſſo. nā in com
mittēdo omnibꝰ eſt ꝓceptū. xxij. q. v. hoc videtur. Et di
cit Hoſt. ſe approbare dcm̄ Io. an. ⁊ ꝙ qlibet admitta
tur ad denunciandū dum bono zelo denunciet. ꝺ ſen. ⁊
re iudi. cum. i. a. ſed lꝫ infames ⁊ irregulares. non tamē
admittūtur criminoſi q ſua crimina nō correxerint: qꝛ
preſumitur ꝙ malo zelo denunciēt aliena. Diſtīguit ta
men dicēs. denunciationē de peccato cōmiſſo eſſe euan
gelicā. ſed de cōmittendo canonicam: ad quam quilibꝫ
admittitꝰ. vt de cogn. ſpi. tua. Et ſufficit qualiſcūqꝫ noti
cia. vt in. c. hoc videtur preallег. Nec turpitudo ꝓpria
obſiſtit in ſponſalibꝰ. Preterea nec impedit iuramētuꝫ
precedēs. xiij. di. nerui. Et nota ꝙ nō ſequitur. iſte denū
ciatus eſt excōmunicatus publice. ⁊ ne duꝫ in iudiciali
bus: ſed etiaꝫ in extraiudicialibus euitari ⁊ a legitimis
actibus remoueri debet. ergo eſt excōmunicatus: qꝛ for
te excōmunicatio nō eſt. vt ſi poſt appellationeꝫ legiti
maꝫ ſnīa lata ſit in eū: nō tñ fuit vt debuit ꝓſecutus ap⸗
pellationē eandē infra tēpus ab homine vel iure ſtatu⸗
tum ad ipſam proſequendā. c. licet de ſen. excō. lib. vi.

¶ Deniqꝫ. no. Archi. xiiij. diſt. deniqꝫ.

¶ De plano aliquid dicitur fieri quod iudex ſine figura
⁊ ſtrepitu iudiciario facit: de cuiꝰ vbi ſignificato habes
hodie plene de vb. ſig. in cle. ſepe. Arch. de elect. c. indē
nitatibꝰ li. vi. ſuper vbo ſtrepitu ⁊ figura. Et de accu. c.
ſicut olim. vbi ſtatuuntꝰ perſone idonee ſimpliciter ⁊ de
plano abſqꝫ vlla iuriſdictiōe ſollicite inueſtigantes. Di
citur ergo iudex aliquid facere de plano. quādo. ſ. nō eſt
in conſiſtorio: vt ſcilicet reſidens in loco in quo iudica⸗
re cōſueuit aliqualiter inſtructus ſine iuris ſolennitate

aliquid facit conſtituit aut determinat.

¶ Deportare eſt aliquē ppetuo exilio dānare. ſed relegare eſt ad tps. vt. ff. de interdi. l. relegatoꝝ. §. ſ'tia.

¶ Depoſitū ſm̄ Hoſti. eo. ti. eſt quid cuſtodiēdum alicui vel alicuius fidei datū vel creditū. in quo debet qui recipit maximā diligentiā habere: quia in depoſito contrahitur re obligatio inſti. qui. mo. re cōtra. ob. §. pe. Et dī depoſitum inter clericos. cōmodatū vero inter vulgares. Rei autē depoſite ſicut ꝛ cōmodate dñium retinemus. vt. ff. commodati. l. rei cōmodate. Et dicitur ſm̄ Hoſt. a de ꝛ poſitū ſic ꝙ ꝓpoſitio de augeat: vel dicit a de. i. deorſum poſitū alias ſeorſum poſitū. ſ. a deponēte. vt oñdatur totū fidei eius cōmiſſū apud quē ponitur quo ad cuſtodiam. ꝛ videt ſeparata cuſtodia a deponēte. Eſt ergo aliud pono: aliud depono. vt. ff. eo. l. i. quid ſit actio depoſiti directa ꝛ contraria. re. ſ̄. actio depoſiti.

¶ Depoſitarius eſt apud quē res aliqua deponit cuſtodienda. ita ſumitur in auc. ſed iam. C. depoſi. Et differt a ſequeſtro: qꝛ depoſitarius ad hoc preciſe tenet vt depoſitori rem reſtituat. Tenetur ēt maximā diligentiā adhibere: ſed ſequeſter neutri litigantium tenetur preciſe rem reſtituere: ſed indeterminate illi qui vicerit.

¶ Derelictū dicitur illud quod caret poſſeſſore: vel qđ in nullius eſt poſſeſſione. vt inſti. de re. diui. §. hoc amplius. circa finem.

¶ Derogare eſt diminuere vel in partē tollere vel detrahere. vt. ff. de verbo. ſig. l. derogator. Et differt ab abrogatore ibidem. Re. ſ̄. abrogare.

¶ Deſidere eſt diſcordare.

¶ Deſertores dicuntur clerici qui proprie eccleſie miniſterijs deſtitutis ad alia vitio fuge ſe tranſtulerunt vel confugerunt. vt. xxj. q. ij. placuit. ꝛ hoc ſ3 canones. S3 ſm̄ leges deſertores dicuntur milites vitio fuge ſuam militiam deſerentes. vt. C. eo. ti. l. i. ꝛ. ij. li. xij.

¶ Deſertū eſt locus non habitatus penitus neq3 cultus vltra memoriam hominum. vt. c. de verb. ſig. li. vj.

¶ Deſuetudo ꝛ cōſuetudo differūt ſm̄ Bar. in. l. de quibus. ff. de legi. ſup. ver. deſuetudinē. Nam cōſuetudo ē qñ fit contra legē per ipſā conſuetudinē. Sed deſuetudo quando non vtimur aliqua lege in iure poſita. De ſi no. in prohemio inſti. in fi. ꝛ in glo. l. preallega.

¶ Deteſtari eſt abſenti denunciare teſtib' adhibitis. vt. l. ſubſignatum. §. i. ꝛ. l. ſe. ff. de verbo. ſig. Aliter aūt deteſtari eſt facta alicuius abrenunciare ſpernere vel abhominari ſeu non approbare. vel eſt execrare vel deſcribi res aliquas ꝛ eas que quales ꝛ quante ſunt ſcripto cōprehendere. vt. ff. l. preallega.

¶ Deteſtatio eſt cum teſtibus facta denunciatio.

¶ Deunx ē vna pars aſſis que ex. xj. vncijs perficitur. in. ſ. de here. inſti. §. hereditas.

¶ Deuſdedit eſt proprium nomē. c. tanta. de ſimo. ſimiliter deodatus. eo. ti. c. iij. ꝛ ſic nomen proprium diuerſimode cōponit. Quādoq3 ex nomine ꝛ pticipio. Quādoq3 ex noie ꝛ v'bo. Quādoq3 ex ꝓnomie v'bo ꝛ noie. vt dequo vult deus. vt. c. i. ð iudi. Nec val3 ar. ab ethimologia nominis ꝓprij: qꝛ ad placitū ponit. S3 nominis appellatiui quādoq3 ſic. ſ. negatiue. vt. l. ſi qs in fundi vocabulo. ff. de le. i. p3 in nominibus. mutuum. teſtamētū.

¶ Dextans eſt pars aſſis que ex. x. vncijs perficitur: nec reſpicit totum vt in. §. preallega. Re. ſ̄. as.

De. Di.

¶ Diaconus grece dicit miniſter latine: qꝛ ſicut in ſacerdote cōſecratio: ita in dyacono miniſterij diſpēſatio habetur. Et hypodiacones grece dicuntur ſubdiaconi latine: qꝛ ſubiacēt ꝓceptis leuitarū. Et apud hebreos nathinei vocantur. vt habetur. xxj. diſt. cleros.

¶ Diaſcoli vel diaſcoles dicitur iaſij. ideſt dictatores vel diſtinctores legis: hoc eſt publice rationis. Et ſm̄ hoc accipitur in glo. de tab. ſcri. vel pic. C. li. x.

¶ Diadema proprie eſt corona imperialis. Et eſt ſolum de auro ꝛ lapidibus precioſis: a dys. i. duo ꝛ demo. quia ex ſui rotunditate principiū demit ꝛ finē. ſm̄ Jo. an. in clementi. romani. de iureiurando.

¶ Diabolus idem eſt quod demon. a dya quod eſt duo. ꝛ bolus morſus quaſi mordens corpus ꝛ animā. ꝛ creatus eſt bonus. ſed ex libero arbitrio factus eſt malus: immo adhuc habet liberum arbitrium: ſed illud eſt tantum ad malum alioquin non demereretur: ꝛ quottidie peior efficeret. Simuliter angelus habet liberū arbitriū quo quottidie meretur ꝛ melior fit. hoc ergo ad bonū tantum. Homo vero h3 liberū arbitriū eque ad bonum ꝛ ad malum. ſm̄ glo. xxiij. di. in nomine dñi. vbi tex. dicit ꝙ in cōſecratiōe epiſcopi querendū eſt poſt multa ſi credat ꝙ diabolus non per ordinationem: ſed per arbitrium factus eſt malus: qꝛ hoc quilibet credere tenetur.

¶ Dictatores olim dici fuerunt qui ſummū magiſtratū gerebāt. quorū erat in maioribus cauſis ſniās ferre vel dictare. vt. ff. de ori. iur. l. ij. Et a populo dicūt auctores. quorum creati fuerunt tres a romanis poſt ceſares.

¶ Ditio eſt idem quod poteſtas. vt. ff. ð ori. iur. l. ij. ff. capta. ꝛ. ij. q. vi. cap. a iudicibus. ad fi. inde iuriſditio. ꝛ cōponitur ab hoc nomine.

¶ Dieta in vna ſignificatione eſt cenaculum. quo die magis ꝙ̄ nocte ſolēt hoies reſidere. vt. ff. de dona. l. lutius. vel domicula conſtructa in hortis pro colligendis fructib' ſeu oblectatiōis grā: ita capitur in. l. ſenat'. §. marcellus. ff. ð le. i. in alia vero ſignificatione dicitur ſpaciū vnius diei vel lapſus. tertio eſt vni' diei operatio. quarto eſt vnius diei certa ꝛ determinata comeſtio. Cōtinet aūt dieta legalis. xx. miliaria italica. Dieta vulgaris dicitur illa que habetur ſecundū conſuetudinē regionis.

¶ Dietarij dicunt qui in cenaculo alieno ſe dirigunt animo furādi a dieta ſm̄ ꝑmā ſignificationē ſic dicti. ꝛ ſic exponitur in. l. ſaccularius. in prin. ff. de edi. edi.

¶ Diffinitiua ſententia. Require infra. ſententia.

¶ Difficile dicitur quandoq3 quod nullo modo fit. ij. q. vj. biduum. ver. ſed aduerſus. ꝛ glo. ſi. de teſti. ca. preſentium interponit de facili non. ideſt nullo modo.

¶ Digeſtū ſm̄ azo. in ſum. de ve. iur. enu. dicitur legalis liber qui alio nomine vocatur pandecta ſeu liber pādectarum ex eo: quia omnes diſputationes ꝛ deciſiones legitimas in ſe habet: ꝛ qđ vndiq3 collectiones in ſummis recepit in centū quinquaginta pene milia verſuum totum opus perficiens. ꝛ in quinquaginta libros partiales digeſſit imperator. Collectus autē fuit iſte liber ex veteri iure quod ab vrbe romana conditum ꝛ a romuli temporibus vſq3 ad tempora iuſtiniani fere per mille ꝛ cccc. annos confuſe ſtatutū obtinuit. Et extendebatur in duo milia pene librorum ꝛ trecies centena milia verſuum vel reſponſorum. vt patet de ve. iur. enu. l. ij. §. cū omnia. Quare autem pandecta diuiſa fuerit in tres libros vel volumina. quorū primū vocatur digeſtum vetus. ſm̄ inforciatum. tertium digeſtum nouum: Rō qꝛ a duobus imparatoribus nuncupatis hoc nomine Fredericus. poſtea maturius ruminatū eſt. ergo ſcribitur per duplex. ff. ſecundum quoſdā. Dicitur aūt pandecta a pan. quod eſt totū ꝛ decta doctrina: qꝛ ibi eſt tota doctrina oīum iuriſcōſultoꝝ. vt in. §. pali. cū oīa. ꝛ in ꝓhemio inſti. S3 vocat digeſtus. id eſt qꝛ oia decidēda ibi digerunt ꝛ ſoluunt ſm̄ Azo. accur. dy. in ꝓncipio inſti. ꝛ no. Jo. an. in ꝓhe. clemēti. ꝙ digeſtus capitur alibi ꝓ decocto. xxxv. q. ix. apoſtolice. ð ꝓſe. diſt. v. ne tales. ꝛ capitulo

prece. Quidã dicũt q̄ iſte liber olim per duplex dd. ſcri bebat̃ vel per d. ⁊ g. ſed poſtea per vitiũ ſcriptoꝝ corru ptũ ſit. Sed ꝓma rõ apparet melior. ſ. q̄ digeſtus ſcriba tur contra morem omniũ legaliũ libroꝝ per duplex. ff. q̄uis. ille due littere nec in prin. nec in fine huius noĩs digeſtũ ponant. iõ quia ille liber fuit digeſtus ſecunda rio per duos federicos impatores a quoꝝ cuiuſlibet noĩe ſumpta eſt prima lr̃a f. ⁊ ſic erunt duo. ff. licet illa rõ aliq̄s nõ placeat: q2 neutter illoꝝ impatoꝝ aliqd fe cit exceptis paucis ꝯſtitutiõ. duos poſitis in vſibus feu doꝝ. Dicũt ergo eſſe vitiũ ſcriptoꝝ. Et vnus libroꝝ noĩatus eſt inforciatũ: q2 cũ rome eēt ſtudiũ amiſſũ: ⁊ bononie inoleret: ⁊ eius recuperatione facta inuenĩ cum eſſet amiſſum ius eſt redditũ forte cum multa adſint q̄ deerant. ⁊ ſic ſumit̃ im pro valde. Aliĩ dicũt q̄ fortes le ges in eo ſunt. ſ3 certe ⁊ in veteri. aliĩ ab inuentore ſeu a ctore ſic nominatũ dicũt. Uel dicit̃ q̄ noĩa magiſtralia ſunt. quare nõ eſt de eis diſputãdũ. q2 relinquit̃ gramaci bus ſm Tul. Et q2 plura ſunt negocia q̄ vocabula. ff. de ꝓſcrip. v. l. natura enĩ. Aliĩ ab inforciaſtim caldeo vo cabulo qḋ eſt diſpõ: q2 vltime diſpoſitiões in eo ſunt. v̇ſu. Sum liber fortis diſponens ſpolia mortis. Et clauſo portis me diſcat lector i hoꝝ). hec ĩ glo. ꝓma hui⁹ libri. Et dĩ q̄ vnus fredericus de ꝓdictis q̄ fecit auc̃. oẽs pe regrini. C. cõmunia. de ſuc. natus fuit in ciuitate panor mitana ex antiquiſſima muliere: que ne crederetur par tum eſſe ſuppoſitũ publice in medio pallatũ peperit.

Versus

¶ Dignitas qḋ ſit ſm archi. patet de ꝯſue. c. i. li. vi. i glo. ⁊ hec erat ꝓ. que eſt notabilis. Dignitas q̄nq3 idẽ ē quod poteſtas vel cõditio vel ꝓrogatiua ſecularis. vt. xxiii. q. v. adminiſtratores. ⁊ C. de digni. li. xij. Et ſic iudex dicit̃ hr̃e dignitatẽ. vt. ff. de albo ſcri. l. vlti. De hoc etiam not. iij. q. iij. in prin. Item dignitas eſt quedã ꝓeminẽtia ec cleſie vel in eccleſia. c. quãuis. de verbo. ſig. vide no. per Jo. an. xxiij. diſ. denicq3. ⁊ Uin. ⁊ Ber. de cleri. nõre. c. iij. de prebẽ. de multa. Et quot modis firmat̃ dignitas no. etiã de reſcrip. ſedes apoſtolica. in glo. ſup verbo maio res. que incipit. ſed quas pſonas. Quãdoq3 aũt ſumit̃ ſtrictius pro eminẽtia prerogatiue pſone eccleſiaſtice q̄ prerogatiua etiã dĩ perſonatus. q cognoſcitur quando aliquis h3 prerogatiuã in choro vel in capitulo in electi onibus. in ꝓceſſionibus. in vocibus dandis ⁊ ſimilib⁹ plusq3 alij canonici ſui ordinis. vt in. d. c. i. de cõſue. pre alle. cũ ſi. Et illa cognoſcit̃ his modis. Primo qñ quis h3 adminiſtrationẽ rerũ eccleſie cũ iuriſditione. Scdo qñ habet nomẽ dignitatis ⁊ ꝓlationẽ ſeu ꝓrogatiuã tã in choro q̄3 ĩ caplo. Tertio qñ ex cõſuetudĩe eccleſie ha bet aliq̄s ĩ dignitate. vide archi. vbi. ſ. Sciã dignitas ſi gnificat lati⁹ ⁊ ſtricti⁹ ſm vſum eccleſiarũ. nã qḋ in vna eccleſia cõtinetur ſub noĩe dignitatis in alia ꝯtinet̃ no mine officij: ⁊ ecõtra. ꝓut cuiuſlibz eccl'ie vſus h3. Repi tur ēt latiſſima ſignificatio ꝓ quauis excellẽtia. vbi gr̃a. Cũ aliqd relinquit̃ ꝓncipi. ſi ꝓnceps morit̃ ante diez le gati cedẽtẽ debetur ſucceſſori. rõ q2 videtur legatũ eſſe dignitati ſignificato ſumpto ex hoc q̄ relictũ ē ſub no mine dignitatis. Dignitas aũt nõ morit̃. xij. q. ij. liberti. ſed vbi relinqtur auguſte. ſi ipſa moritur añ diem legati cedentẽ legatũ perit. l. cũ ꝓncipi. cũ. l. ſe. ff. de lega. ij. Rõ q2 cum dignitatẽ nõ ex ſe: ſ3 ex auguſto habeat nõ vide tur ei relinq ſub noĩe dignitatis ſed ſub nomie ꝓꝓo. Et perinde eſt ac ſi noĩe ꝓꝓo relictũ eſſet ei. Jdeo nõ debet̃ auguſte ſuccedẽti niſi q̄cunq3 alio medio ꝓbabili cõclu deret̃ volũtas teſtatoris. Ex his Bar. talem decidit q̄õ nem. Si relinqtur ep̄o. eo mortuo ante diẽ debetur ſuc ceſſori cu3 vicarius nõ habeat dignitatẽ ex ſe ſ3 ab ep̄o. Et breuiter volũtas diſponẽtis debet ĩſpici. Jtẽ ibi. cũ

cedo domino Jo͞ani. videtur cõceſſus pſonẽ ſignificato ſumpto a nomine proprio. Si v̇o ponitur nomẽ appel latiuũ tñ: videtur relictũ dignitati. Si v̇o ponit̃ vtrũq3 propriũ ⁊ appellatiuũ dignitatis: tũc diſtinguit̃. ſi eñi propriũ ꝓcedit videtur ꝯcedere pſone. ſi appellatiuũ di gnitatis vel eccleſie ꝓcedit: tunc dignitati conceſſum vi detur. De hoc per Bar. in. l. omnibus. ff. de re. du.

¶ Dilatio eſt tẽporis in cauſa prorogatio. Et dilationũ ſm Hoſt. in ſum. ti. de dila. §. i. alie ſunt citatorie q̄ dant̃ vocato ad cauſaz ad veniẽdũ ad iudicẽ añ lit. conteſt. in fra quas citatus ſe ꝓparabit vt veniat ſ termino. ⁊ mbi lomini⁹ poſt mortẽ. vt. ff. de offi. de le. cõſulut. de qb⁹. ff. de iudi. l. ad peremptoriũ. cu3 ſe. vſq3 ad. l. de qua re. Et alie ſunt reſtitutorie q̄ dãtur his qui ſpoliati fuerit ſeu ſunt vel q̄ dantur ad appellandũ: que ſunt decẽ dierũ. vel ad reſtitutionẽ in integrum petendã que olim infra annu3 vtilẽ: hodie quadriẽnium continuum dantur vt C. de in inte. reſti. l. ſi. Alie ſunt deliberatorie que dãtur reis ad deliberandu3. de quibus. C. de litis con. in auc̃. offeratur. hodie canonizata. iij. q. iij. §. offerat̃. Alie ſũt peremptorie que dantur volenti ꝓbare. de quib⁹ in. d. l. C. de dila. Alie ſunt executorie que dantur ꝯdẽnato ad hoc q̄ ſatiſfaciat de his. l. ij. C. de vſu. Alie ſũt reuocato rie que dantur habẽtibus iuſ reuocãdi domũ. de qbus habetur. l. ij. §. legatis. ff. de iudi. Alie ſũt võcatorie ſiue ferialles: vt in. l. i. C. de fer. ⁊. ff. eo. ti. ⁊ xxv. q. i. iiij. ꝓ tonis. Alie pſecutorie quẽ dantur ad appellationes proſequẽ das. de quib⁹ in auc̃. ei qui appellat. C. de temp. ap. Alie ſũt ſaluatorie vt penitẽtiales. Alie ꝓceptorie. de ap. cap. ꝓterea. Alie electorie. vt de cõuer. coni. c. ex publico. ff. ꝗ ado. l. mancipioꝝ. ⁊ de elec. ne ꝓ defectu. Alie expecta torie vt de ſrig. ⁊ male. laudabilẽ. Alie exemptorie vt q̄ ma. accu. poſ. c. ſi. ⁊ C. de inge. ma. l. giſſamari. Alie reſu tatorie. vt de ap. pſonas. ⁊ c. regris. ij. ⁊ c. ſepe. de ele. diu dũ. de renũ. veniẽs. Alie exceptorie. ſ. ad ꝓponẽdas ex ceptiones cõceſſas a iure de exce. paſtoral. Hos modos ⁊ ſpẽs lati⁹ pſequit̃ Hoſti. ibidẽ. ⁊ in ſpe. eo. ti. ⁊ plures addit ſpe. vide ibidẽ. ⁊ glo. ſum. iij. q. ij. declarat notabi liter q̄nq3 ſpecies induciarũ vel dilationum. Spe. autẽ enumerat. xx. in ti. de dila. §. i. Et Hoſtiẽ. in ſum. eo. titu. §. i. Nam reſtitutorie inducie debant̃ oli3 ſpoliatis vel abiectis ⁊ tandem reſtitutis: infra quas a iudicioꝝ ſtre pitu quieſcebãt ⁊ erant non minores ſex menſium nec maiores anno. iij. q. ij. eiectis. Uel verius erãt arbitrarie c. ſi epiſcopus eadem. q. ⁊ deliberatorie dantur ante lit. conteſt. Cum enim citatus venit ad iudice3 porrigit̃ ei libellus. quo oblato dantur a iudice inducie. xx. dieru3 in quibus deliberat reus vt cedat vel contẽdat ſiue iu dicẽ recuſet. Et talis exceptio eſt dilatoria. iõ ante lit. cõ te. proponẽda de re iudi. cum inter monaſteriu3. Et ex ceptio recuſatoria iudicis debet prima eẽ inter dilatori as qua commiſſa ſi alie proponantur ad ipſa3 rediri nõ poteſt niſi ex noua cauſa. Dantur etiam lite conteſt. que paternales adiectiones induciarum dicuntur. vt. v. q. ij. pſti. Preparatorie vero dantur poſt lit. conteſt. probare volẽtibus: infra quas preparent ſuas probationes. qua rum ſpacium moderandum eſt. vt dicit lex. iij. q. iij. ſpa cium. Et dantur tam actori q̄3 reo ⁊ tantum ſemel. vt in §. ſpacium prealegato. niſi cauſis emergat inopinatus. Judicatorie aũt dantur condẽnatis. ⁊ ſũt quattuor mẽ ſium. de re iudi. ca. ad conſtationẽ. Nec habent locu3 in cauſis criminalibus in quibus executio non differtur niſi in quattuor caſibus. vt notat Hoſt. de iudi. §. para tibus. Et nota q̄ in ciuilibus cauſis ꝓ qualibet cauſa neceſſaria datur vnica dilatio. Jn criminalibus v̇o tres ſunt dãde reo ⁊ due actori. hec ex Hoſt. in ſumma. eo. ti.

¶ Dilatio pōt etiā ſic deſcribi ſm bal. eſt tempus qḋ hꝫ certum pncipium ⁊ certum finē. Ul' ſic. eſt tempus datum a lege vel a iudice partibus ad veniendū. Et talis eſt duplex. ſ. prima que daſ ab hoīe vel a iudice. ſecūda que datur a iure vel a lege. vt patet in rub. de ferijs.

¶ Dilapidare eſt res vel bona prodigaliter ⁊ indifferenter erogare ſm ꝙ no. archi. de reſcrip. ſtatutū. li. vj. ⁊ de elec. q2 ſepe. eo. libro. ⁊ ſic ſumitur in. l. ſi pro ea. C. mādati. ⁊. ff. de mi. l. verum. circa finem.

¶ Dilitere eſt latere. ide dilitēſcere inchoatiuū. quo vtuntur multiꝫ oratores dicentes. vnde tibi ſcribendi capeſcant exordia meas ſanc rōnes dilitēſcit. ⁊ habetur in. l. dies feſtos. C. de feri. vbi dī. Taceat aperitio. aduocatio diletēſcat ⁊ venit verbum dilitere. a dis ⁊ latere.

¶ Diminutio capitis. Reqre ſupra capitis diminutio.

¶ Diocefis ſm archi. de reſcrip. ſtatutū. libro ſexto. dī diſtinctio vel diuiſio ſiue gubernatio: q2 diuiſa ⁊ diuerſa eſt ab eccl'ia alterius epiſcopatus ⁊ cōmiſſa gubernatiōni priuus. vt pꝫ. vi. q. i. epm. ⁊. xvi. q. iij. qcūqꝫ. ⁊. c. hꝫ. ⁊. c. inter. ⁊ ibidē no. de tēp. ordi. c. eos. libro. 6. Aliquando ſumiſ p regiōe vel puincia. ⁊ ſic ſorte capiſ in. l. ꝓſides. C. de offi. re. prouin. Aliqñ ſumiſ p puincia. ⁊ ēt interdū ſumiſ p parrochia. vide dicꝫ archi. ibidē. ⁊. vi. q. i. epm. ⁊ dī a dya qḋ eſt duo ⁊ ceſis. i. ſepatio: q2 ſepat duas iuriſdictiōes. Et nota ꝙ appellatiōe dyoceſis nō comprehēdiſ ciuitas: q2 dignitas ſub minori cōprehēdi nō debet. ſed ciuitas dignior eſt dyoceſi. ſed appellatione ciuitatis bñ dyoceſis cōprehēdiſ. vt nota. l. c. rodulphus. de reſcrip. Et ꝙ nomē ordinarius plura cōprehēdat qꝫ nomē dyoceſanus. vide glo. in cle. i. de vi. ⁊ hone. cle. ⁊ melius glo. in ver. dyoceſanus. in cle. i. de iur. patro.

¶ Dyopondeu eſt genus ponderis leuiſſimi ex duobꝰ aſſibus cōpoſiti. vt dicit Beda ſup illud. Luce. xij. Nonne quinqꝫ paſſeres veneunt dypondio. vel eſt as duplicatus. vꝫ. xxiiij. vncie. ⁊ no. inſti. de here. inſti. §. ⁊ ſi plures vncie. Et qḋ in numeris eſt vnū: in pōderibus ē as. quod duo hꝫ dypondia. ⁊ dicitur a dya qḋ eſt duo. ⁊ pōdus: qꝫ aſi duplex pondus leuiſſimi ponderis.

¶ Directū verbū eſt quod ſignificat ꝙ ille cui relinquiſ vel in quē dīſponitur ſua manu recipiat. Sed obliquū verbum eſt quod ſignificat vt de manu alterius accipiatur. Et commune verbum eſt quod vtrāqꝫ ſignificationem habet. verbi gratia. directū verbum eſt inſtituo: q2 ſignificat ꝙ inſtitutus ſua ⁊ nō alterius manu accipiat. ff. de here. inſti. per totū. Idem in verbo heres eſto. eo. ti. ⁊ in ver. accreſcat. vt in ti. C. quando non pe. ps. pe. ac. Idem in verbis accipiat lego capiat: quia ſunt directe ſignificantia. Obliquū verbū eſt. vt reſtituo. l. reſtituta. ⁊ per totum ti. ff. ad tre. Item ibi. volo ꝙ talem heredē recipias: quia tunc per fideicōmiſſum pars hereditatis eſt illi reſtituenda. l. pater filium. §. fi. ff. de lega. iij. Idē ibi. rogo vt ticium heredem facias. l. ex facto. in principio. ff. ad trebel. nam per hoc videtur velle ⁊ intelligere ꝙ hereditatem ſuā ſibi reſtituat. ⁊ ſic non directe heredem illum faciat. Item in verbo detur. l. fundi trebatiani. ff. de vſu fru. lega. ⁊ breuiter omne verbū ſignificās ꝙ quis de manu alterius accipiat eſt obliquum. De cōmuni verbo. vt ſubſtituo. nam ſi paganus ſubſtituit filio impuberi quandocūqꝫ deceſſerit per verbum ſubſtituo. hec ſubſtitutio eſt fideicōmiſſaria. vt nota. in. l. centurio. ff. de vul. ſubſti. Si autem ſubſtituit filio ſi heres non erit: ſubſtitutus admittitur a directo ſuo iure. Eſt ergo cōmune: quia habet vtrāqꝫ ſignificationem. Et rationem quare non eſt directum: ſicut illud verbū inſtituo. de hoc per bart. in prealle. l. centurio: q2 magis generale eſt. Nā in loco alterius qualitercūqꝫ poſitus dicitur ſubſtitutus. etiam in ſingularibus legatis. ſecus eſt de verbo inſtituo. Idem in his verbis perueniat. pertineat. habeat. retineat. remaneat. reuertatur. deuoluatur. peruertatur. ſuccedat. ⁊ breuiter quodcunqꝫ verbum ſignificat ſic vtroqꝫ modo ꝙ quis ſua manu habeat vel ab alio: dicitur commune. vt notat Bartolus in. l. centurio. preallegata.

verbū obliquū

¶ Diſpoſitum in vno an vtrūqꝫ ſignificet. vel tantum illa vel etiam diſpoſita in alio. Diſtingue aut factum eſt denegando in vno ⁊ queritur an ſignificet conceſſionē in alio: vel econtra factum eſt de concedendo in vno ⁊ queritur an ſignificet denegationem in alio. Secundo ſi diſpoſitum in vno habet caſum ſignificatū a contrario ſenſu: an ſignificet diſpoſitionem contrariam in illo caſu. Tertio ſi eſt diſpoſitum in fauorem an ſignificet diſpoſitū in odium: vel econtra. Quartō an diſpoſitum in vno ſimpliciter ſignificet extenſionem in alio. Pro quo notandū. licet regula ſit ꝙ diſpoſitū in vno ſignificet tantū in illo: quia illud continet quod ſignificat. Quandoqꝫ tantum ſignificatum extenditur prout ex quouis modo ſignificandi probabili concludiſ. Uſqꝫ ad primū queſitum dicendo reſpondetur ꝙ diſpoſitū denegando in vno ſignificat conceſſionē in alio ⁊c. verbi grā. Teſtator dicit lego domū excepto tali inſtrumēto. per hoc denegatum ſignificatur in alijs inſtrumētis cōceſſum. l. queſitum. §. idem reſpōdit. ver. deniqꝫ. ff. de heredi. inſti. Itē ibi. minto denegatur eſſe pcuratorē ⁊ pupillo teſtem: ſignificatur ꝙ alijs conceditur. Idē dic in omnibꝰ edictis prohibitorijs. l. cū pretor. ff. de iudi. nā quod de vno negatur de alio conceditur. xxv. diſtin. qualis. xv. q. iij. cap. ex eo. Similiter cōceſſum in vno ſignificat denegatum in alio: q2 econtra quod de vno cōcediſ de alio negari videtur. l. cū ita legatū. ff. de condi. ⁊ demonſt. Et nota. in c. nonne. de preſum. ⁊. l. queſitū. §. i. ff. de defun. inſtruc. inſtrumē. q2 le. verbi gratia. Teſtator dicit ſic. Lego duas ſtatuas marmoreas ⁊ omne marmor. p hoc ꝙ dicit duas ſtatuas marmoreas videtur denegare de alijs ſtatuis: nec comprehēduntur ſub illis vbis generalibꝰ ⁊ omne marmor. vt. l. cum heres. §. i. ff. de lega. iij. Item vbi collegium cōceditur aliquibus: alijs videtur denegatum vt in ti. de colle. illi. C. Idē vbi mulier p bonis parafrenalibus: id eſt bonis que tradit marito ſupra dotē ⁊ non pro dote ſi ſibi puidet ꝙ alique res ſint pignori obligate: tunc alie res mariti nō ſunt ſibi pignori obligate. ⁊ tamē ſi ſibi non prouideret oēs eſſent ſibi pignori obligate. Et ſic diſpoſitio in vno opatur denegationem in alio. vt. l. fi. C. de pac. Item ibi in ſecundo caſu reſpondetur ꝙ diſpoſitum in vno ſi hꝫ caſum ſignatū a cōtrario ſenſu: tunc ſignificat diſpoſitionem contrariam in illo caſu. vbi grā. Debes mihi pecuniam pure. iuſſu meo promiſiſti eā. Ticio ſub conditiōe ſi ex aſia venerit. diſpoſitum videtur id qḋ ſub ꝯria diſpōne eſt ſi nō venerit eā mihi debeas. Et iſta diſpoſitio contraria contrario non tollitur caſu ex iſtis verbis diſpōnis ſeu ex coꝝ ſignato expreſſo ſed aliūde. vt. l. pecuniam. ff. ſi cer. pe. Idē legatum pure ad ꝯpatū ſub cōditiōe: ſub cōtraria conditiōe datū eſſe intelligiſ. vt. l. aliquādo in fi. ff. de cōdi. ⁊ demō. vbi tex. nō dicit. datū eſt. ſed datū intelligitur. facit quod notat glo. in. l. apud āntiquos. ſup vbo coniecturā. C. de fur. Itē ibi dando dotē mulieri ſtipulor mihi reddi ſi p diuortiū matrimoniū fuerit ſolutū. hoc caſu in caſu cōtrario. ſ. ſi fuerit ſolutū non per diuortiū ſꝫ per mortem nihil videor diſponere. l. ſi cum dotem. ff. ſolu. matri. Item ibi conuēticulaꝫ diſſenti fieri phibemus extra eccl'iā. l. conuenticulā. C. de epiſco. ⁊ cleri. nō ideo ſequiſ ꝙ in eccl'ia pmittatur fieri:

quia contra rõnem naturalẽ ⁊ ciuilem eſt:⁊ ſic hec ver/
ba extra eccleſiã ibi nihil operanẽ:ſed ibi ponunẽ:quia
de facto nõ ſiebat in eccleſijs:ſed extra in priuatis domi
bus. Et ſic lex ꝓhibet morbũ vrẽtẽ:qꝫ quod medica/
menta morbis hoc exhibẽt iura negocijs.in auẽ.hec cõ
ſtitutio.in no.ↄſtitu.in pn.col.8.facit.c. vt ↄſtituerenẽ.
l.di.Jdẽ in tertio mẽbro rñdeẽ ꝙ in diſpoſito in fauorẽ
ſignificatur etiam diſpoſitũ in leſionez.vt ſi cõtrahẽdo
tecũ ſocietatẽ dico paciſcendo ꝙ habeo duas partes lu
cri ⁊ tu tertiã:quia ſignificatur alia diſpoſitio ꝙ etiã ha
beo duas partes dãni ⁊ tu tertiaz.inſti. ꝑ ſocio.§.illud.
⁊ ſic ſignificaẽ diſpoſitio retorſiua diſpoſiti in leſionem
diſponẽtis ſeu paciſcentis ſui fauore. Ex hoc deſcendiẽ
qd talis ꝙ qui impetrauit grãm ad prebẽdas integras
nõ hꝫ grãz ad ſemiprebendas:qꝫ in ſemiprebẽdio nihil
eſt diſpoſitũ. Jtẽ iudei non poſſunt ↄueniri die ſabbati.
⁊ nõ poſſunt cõuenire.C.de iudeis.l. die ſabbato. vtrũ/
qꝫ.ſ.nõ poſſe ↄuenire nec poſſe ↄueniri diſponiẽ expreſ
ſe.⁊ ſignificaẽ ex verbis depoſitis. Nec hoc diſpoſitũ ꝙ
non pñt ↄueniri retorquet in eoꝝ leſionẽ ꝙ nõ poſſint
conuenire.qꝫ diſpoſitio vtrũqꝫ continet.ꝰ nihil ſignifi
caẽ aliunde. Jdez dicendũ in diſpoſito in odiũ.ſ.ꝙ etiã
ſignificet fauorem.vt aliquis eſt infamis.ecce odium.⁊
ſequiẽ fauor ꝙ nõ compellitur eſſe teſtis. Jdem in rele/
gato qui etiã nõ teſtificaẽ. Ad quartũ membrũ rñdetur
affirmatiue ꝙ diſpoſitũ in vno ſimplr etiã ſignificat ex
tenſionẽ in alio.vt qui cõcedit alteri in fundo ſuo aque
hauſtuz etiã intelligitur concedere ſeruitutem itineris
ad aque hauſtum.l.item.§.i.ff.de ſerui.ruſti.predio.

ℭ Diſtributiuũ diciẽ qd diſtributiones ſignificat. ⁊ hoc
diuerſimode ꝑut diuerſitas ſubiecte mãe vel aliud me
diũ ꝓbabile habet diuerſificare.verbi grã.ſic dicendo.
quilibet fert lapidẽ.ſenſus eſt ꝙ vnuſquiſqꝫ per ſe ⁊ in/
ſolidũ fert lapidem. Jdeo ſi teſtator dicit.quilibet here/
dum meoꝝ det ticio decẽ.tunc quot ſunt heredes toti
ens ticius habebit.l.ſi pluribus.⁊ ibi no.glo.ff.de leg.
ij. Jtem ibi. ſi teſtator oſtendens duos vel tres cũ digi/
to dicat quilibet veſtrũ heres mihi eſto.ſenſus eſt ꝙ q̄/
libet ſit heres in parte nõ in ſolidũ.l.hoc articulo.in fi.
ff.de heredi.inſti.nã materia ſubiecta nõ patitur de plu
ribus quẽlibet inſolidũ heredẽ eſſe:cum impoſſibile ſit
cuilibet eandẽ hereditatẽ inſolidũ attribui. Jtẽ ibi.quiſ
quis mihi heres erit det ticio centũ.ſiue vnus ſolus he
res ſit ſiue plures ticio debeẽ centũ ſolũ.l.ab oĩbus.in
prin.ff.de leg.i.⁊.l.ſi quis in fundi vocabulo.in fi.eo.ti.
Et ſi in eodẽ caſu teſtator poſtea ꝓhibet vnũ heredem
dare ticio.vel eximit eũ a dando adhuc centũ debẽtur ti
cio ab aliĩs.l.ab oĩbus.in prin.ꝟalle. Jtẽ ibi quicũqꝫ ꝑ/
mo ingreſſus fuerit caſtrũ habebit centũ.duo ſiẽ ingre
diunẽ quilibꝫ admittitur:qꝫ hec diſtributiua verificaẽ
in vno ſolo ⁊ etiã in pluribꝰ vel oĩbus concurrentibus:
qꝫ primus ẽ qui aliũ ante ſe non habet.⁊ actus ꝑmi ibi
diſtribuuntur cuilibꝫ in ſolidũ.ideo etiã actus ſecũdi ver/
bi.ergo quilibet qui primo ingreditur habet centuz.l.
qui filiũ.§.i.ff.de lega.i. Sed ſi dicatur.quicũqꝫ ingreſ
ſus fuerit ꝑmo habebit illũ equũ vel hunc fundũ tũc
pluribus ſimul ingrediẽtibus nullus debet habere ex
ꝓprio ſignificato verbi.qꝫ vnũ tantũ requirit. Jtez ibi.
quicũqꝫ cepit vexillum bohemoꝝ habeat centuz. duo
ſimul ceperũt.hi duo ſimul centũ tantũ habebũt. Ratio
bar.quia actus primi verbi.ſ.capiendi vexillũ nõ cõpe/
tit cuilibet inſolidũ.ideo nec actus ſecũdi verbi.ſ.habẽ
di centũ. Et eſt ſimile.ſicut duo ſimul portant trabez ⁊
nullus eorũ per ſe.l.ita vulneratus.§.i.ff.ad.l.aquiẽ.

ℭ Diſcuſſor.require infra.in ſpector.

ℭ Diſertus vel diſertor eſt idem qd facundus:⁊ inde di
citur diſertatio.⁊ eſt ciuilis ſapientie.vt.C.de or.cog.l.q̃
lis.inde venit ſuperlatiuus diſertiſſimus.vt.C.ꝺ aduo.
diuer.iudi.l.petitionem in iudicio.

ℭ Diſiungere.vel diſtinguere.eſt conferre data vel acce
pta.vt in.l.cognoſcere.§.i.de verbo.ſigni.

ℭ Diſpendium dicitur dãnum ſiue detrimentum. Ali/
ter dicitur longum ⁊ inutile. compendium vero breue
⁊ vtile.de accu.qualiter ⁊ quando.ij.ad fi.⁊.c.diſpẽdia.
de reſcrip.lib.vi.in glo.ij.⁊ cle.diſpẽdioſam. de iudi.fa.
re.qd ob gratiã.de regu.iur.li.vi.ide diſpẽdioſus ideſt
dãnoſus.clemen.ꝟalle.de iudi.vbi cõcord.in glo. Quã
doqꝫ diſpẽdium dicitur idẽ quod tedioſuz abſqꝫ tamẽ
vtilitate.vt in iur.preալleg.diſpendia ⁊ qualiter.

ℭ Diſpenſare.eſt idem quod diſponere. vnde diſpenſato
res dicuntur:eo ꝙ domum alicuius vel res diſponunt.
⁊ ita accipitur in.l.diſpenſatores.ff.de ſolu. ⁊ dicitur di
ſpenſare quaſi diuerſa penſare.videlicet rigorez iuris re
laxare per eum qui hoc facere poteſt. ⁊ ſi aliter ſit nõ eſt
diſpenſare ſed diſſipare.

ℭ Diſpẽſatio eſt iuris cõmunis prouida relaxatio vtili/
tate ſeu neceſſitate penſata.ſm Guil.in ſpec.ti.de diſpẽ.
Uel ſic.eſt rigoris iuris per eũ ad quẽ ſpectat canonice
facta relaxatio.i.q.vij.niſi rigor.⁊.ca.ſe. Quandoqꝫ enẽ
diſpẽſatio ſumitur improprie:ſcilicet pro iuris declara
tione.vt in.c.quintauallis.ꝺ iureiur.prout poniẽ i ſpe.
titu.ꝺ lega.rubri.ꝺ diſpe.§.i. Jtẽ ſm Joã.an.quẽ ſequiẽ
do.anto.de but.diſpenſatio eſt quedã cõmunis menſura
tio ad ſingula.⁊ eſt de iure conceſſa ꝓpter impoſſibilita
tẽ prouidẽdi de omnibus particularibus:ſicut nauigã
tes quedã proijciunt vt alia ſalua ſint.i.q.vij. diſpenſa/
tiões. Et traxit originem a deo qui ex ſola miſericordia
⁊ diſpẽſatiõe vniuerſa creauit ⁊ ea ſubiecit homini iſti.
de re.diui.§.in pecude. Et diſpẽſatio ẽ quadruplex. ſcꝫ
ſemiplena ad minores.vt in queſtiõe.i. ſi quis heretice.
Plena ad ſacerdotium.i.q.ij.conuenientibus. Plenior
ad epiſcopũ.xij.di.nos cõſuetudines. Et pleniſſima ad
primatũ oĩaſqꝫ ordines ⁊ dignitates.xxxiij.q.ij.ipſa pie/
tas.vt notat Jo.an.in glo.c.preալle.nos cõſuetudines.
Jtem nota ꝙ diſpenſans debet habere intuitũ boni vni/
uerſi.cuꝫ omnis lex pro bono publico ſit inuẽta.4.di.
Erit autẽ lex ⁊ intuitus rationis ⁊ cauſe:hinc eſt ꝙ ſi di
ſpẽſatio fiat abſqꝫ intuitu rõis diſſipatio diciẽ vt note.
in cap.quia in tantum.de preben.in glo.vlti. etiaz non
tutus eſt quo ad deum cum quo ſine cauſa diſpenſaẽ.vt
notat Bar.in ca.nõ eſt.ꝺ vo.⁊ vo.redẽ.⁊a.xj.q.iij. is qui
preeſt.⁊.24.q.i.manet. Et debẽt tria mouere diſpẽſan/
tẽ:neceſſitas:vtilitas.⁊ euidẽs prerogatiua meritoꝝ.i.
q.vij.tali cõiugio.⁊.c.exiguuz. Jtem diſpenſatio nõ cõ/
ceditur cuiqꝫ niſi habenti legem condere ⁊ tollere:⁊ ſic
per principez ⁊ papam vel eorũ auctoritate fieri poteſt.
Et dicitur notãter ꝙ diſpenſans debet reſpicere cõmo/
dum vniuerſi:quia alias videretur diſpenſatio impoſſi
bilis cũ ius cõmune introductuz ſit pro bono publico.
4ª.diſt.c.ẽ.alle. Et ꝙ diſpẽſatio ius ꝑuatuz dicatur.iij.
diſt.ꝑuilegia.⁊ ꝙ ius publicũ preferenduz ſit ꝑuato.c.
bone.el.i.de poſtulatiõe ꝑlatoꝝ.ſic enim diſpenſatio ſit
etiam pro bono cõmuni. Jtez nõ dicitur acceptio perſo
naruz que prohibetur.c.nouit.de iudi.⁊ de regu.iur.in
iudicijs.libro ſexto.quãdo circa equales equaliẽ:⁊ inequa/
les ſeruantur inequalia.cũ bonos nõ ſolum metu pena
rum:verũ etiam premiorum exhortatione afficere de/
beamus.ff.ꝺ iuſti.⁊ iur.l.i. Jdeo bene cõceditur vni qd
aliĩ denegaẽ. Jtem lꝫ contra ius naturale non admittaẽ
diſpẽſatio.ca.diſpẽſatio.xiij.di.i ꝑn.⁊ ius cõe fundetur
ſup naturali rõne.di.i.cõſuetudo. Tamẽ diſpẽſans mo
uetur rõne particulari cõtra ius cõmune:qd non poteſt

omnibus particularibus prouidere. ergo diſpēſatur ſ₃ naturalē equitatē ⁊ rōnabiliter. Nam qui pro alijs labo rat premiatur ⁊ plura ſentiat cōmoda q̄ habuit onera. vt in regu. qui ſentit onus ⁊c̄. de regu. iu. li. vj.

¶ Diſputare eſt allegare vt. v₃. intentionē ſuā per ꝓbatio nē in iudiciū deductā oſtēderet. ⁊ ei virib⁹ aſſeuerare ⁊ roborare. vt. ix. q. iij. alioꝝ. ⁊. xxiij. q. viij. conuenior. ⁊ de fide inſtru. inter dilectos. ⁊ de re. iu. abbate ſane. lib. vj. cū ſimilibus. Q₃ autem hu⁹ allegatiōes ⁊ diſputationes fieri debeant ſuper teſtibus ⁊ alijs actibus. p₃. c. cā᷑s. de teſti. ⁊ in auc̄. eo. ti. §. quia. cum ſimilibus. De hac mate ria vide. Spe. ti. de diſputa. §. allegare.

¶ Diſtrahere ē vēdere. vt. ff. de ꝯtrah. emp. ⁊ ve. l. ſi ita di ſtrahit. ⁊. l. rē alienā. ⁊. l. quotiēs. eo. ti. cū multis ſilib⁹.

¶ Diuertere eſt diſcedere diuortio. i. ꝯtactum matrimonij ſeparare. Unde dicitur mlier diuertit ſe a viro ſuo. vt. l. iij. ff. de diuor. ⁊. l. ſi ita filia. ff. eo. ti.

¶ Diuinatio accipitur tripliciter. Primo p̄ ſciētia theo logie a qua theologi dicuntur diuini. Sc̄ido p̄ ſcien tia infuſa a deo. Et ſic accipitur ꝓuer. lxij. c. Diuinatio in labijs regis. nā in iudicio nō errauit os eius ⁊c̄. T er tio pro ſciētia magica vel fallaci ꝓphanatione vel pro phetiſatione: quia falſi ꝓph̄e ⁊ magi fingunt ſe preui dere vel preſcire futura: ita capitur in. l. nemo. C. de ma le. ⁊ matthe. ⁊c̄. ⁊ ſic dī diuinatio a diuino. as. are. i. vati cinari vel futura p̄dicere. Genus aūt diuinatiōis a Per ſis ferī eē ablatū: ⁊ diuini dicti ſunt. q̄ſi deo pleni. Sūt aūt duo gn̄a diuinatiōis cui⁹ qdā q̄tuor dixerūt eſſe ge nera. Et hētur hec oīa. xxvj. q. iij. c. i. in principio.

¶ Diuortiū ſ₃ Hoſ. ⁊ ho. l ſum. e. ti. §. i. eſt inter virū ⁊ mu lierē legitime facta ſepatio. Et dī legitime. i. quos deus ꝯiūxerit hō nō ſepat. l. violēter ⁊ abſq₃ rōne. Nō eni₃ hō ſeparat quos pena dānat. quos reat⁹ accuſat: quos ma leficiū coartat. xxxiij. q. ii. c. ſolet. ⁊ de ꝯſan. ⁊ affi. c. de iſ deleb⁹. Et dī a diuerſitate mētiū: q₂ ibi q̄ mr̄imoniū di ſtrahunt in diuerſas ptes eunt. vt. ff. eo. ti. l. i. ⁊. ij. ⁊. ff. de v̄bo. ſig. l. iter ſtuprū. §. diuortiū. ⁊. l. inter diuortiū. Sic ꝯ dcm̄ eſt a diuortiādo: q₂ in v̄itate diuerſe ſunt mentes diuortiātorū q̄ ꝓus erāt cōiuncte vnitorū. quare etiam repudium dici ſolet. ff. eo. ti. per totum. ⁊. C. de repu.

¶ Diuus idem eſt quod ſacer. vel diuinus.

¶ Diuales accipe. i. epl̄am īperialē p̄ quā reuelata eſt ꝯſti tas que ſoluta erat dari in ordinatione pontificis.

Naturalis. ¶ Dies eſt duplex nālis ⁊ artificialis: nālis eſt que more romano incipit a media nocte. ⁊ altera ſequēti media no cte finit. l. more. ff. de fer. Et ſignificat ꝓut quis ſignifi cādi modus declarat. nā ibi. heredē inſtituo a die tali vſ q₃ ad diē talē: dies nihil facit: q₂ tollit dies ⁊ diſpō rema net pura. l. hereditas. ff. de here. iſti. Similiter ibi. cōſti tuo p̄dio tuo ſuitutē a tali die vſq₃ ad talē diē. ff. de ſer. l. iiij. Rō q₂ h̄ caſu ⁊ p̄cedenti ſic ciuiliter diſponit vt ni hil ſignificet ipſo iure: ſed i effectu. Itē ibi. ꝓmitto tibi aſcēdere capitoliū p̄ma die q̄ mortuus ero. nihil ſignifi cat: q₂ ſubtra mā ſignificare nō dat. S₃ ibi. Lego tibi fū du₃ poſt decēdiū. p̄ hāc diei appōnē īpedit trāſlatio do minij. vt i. l. ſempronius. ff. d̄ vſufruc. lega. ⁊ tn̄ ibi ꝓmit to tibi decē poſt decēdiū nō impedit obligatio. l. cētēſi mis. ff. d̄ v̄bo. obli. ⁊ ita dies appoſita ſigfiat ibi dn̄ij ipe diri. hic aūt nō ſignificat obligationē īpedi⁊i: ſed tātum executionē: ſed que ſit rō diuerſitatis doc. ſe. multū iuol uūt. pōt tn̄ dici iſta rō: q₂ ſi īpediret obligatio nulla eēt ꝓmiſſio vel legatū. nā ad id tp̄s trahi nō pōt. Secus in cōditione que de ſui nā retrotrahitur: ſed dies certa nō poteſt ſic retrotrahi i dn̄io: ⁊ ſic dies optime īpedit dn̄ij trāſlationē. Ite₃ ibi. ꝓmitto tibi qua die mihi placebit. valet diſpoſitio: q₂ dies ſeu tempus poteſt poni in volū

tate obligādi: l₃ nō ipſe actus. Etiam dies incertus pro conditiōe hētur. vt in. l. dies īcertus. ff. de ꝯdi. ⁊ demon.

¶ Dictice ſunt colūne eccleſie in quibus imagines patrū in ſuo cathalogo ponuntur. Uel ſunt tabule ſcribendi vel pingendi a dicto dicte.

De Do.

¶ Docibilis ꝓp̄e dī liber. ſ₃ docilis eſt hō doctrīalis. po nitur tn̄ vnū₃ p̄ reliquo. xxiij. di. q̄ ep̄s. in p̄n. Et petrus in epl̄a. Erunt oēs dociles deo. xxxvj. di. §. ecce.

¶ Dolus malus ſm̄ hoſti. eo. ti. in ſum. ⁊ goſ. eſt callidi tas fallacia aut machinatio ad circūueniendū decipien du₃ ſeu fallēdū alterū adhibita. vt. ff. eo. ti. l. i. §. i. Et cō mittitur calliditas talis in tacēdo vel diſſimulādo. Un̄ Salomō. Qui diſſimulat iniuria₃ callidiſſimus eſt. Et pōt poni exemplū in venditore. ſi ſciebat ſeruitutē debe ri vel rem aliena₃ vel alij obligatam eſſe nec certificauit emptorē tenet ex: quia dolo malo verſatus eſt. De hoc d̄ reſcrip. c. ſuper litteris. ⁊. xv. q. ij. preſcriptū. ſed fallacia cōmittit in mentiēdo ⁊ falſum aſſerendo ꝯ cōſciētiā. vn̄ Auguſtinus. Mendaciū eſt falſa vocis ſignificatio cū intentiōe fallendi. xxij. q. ij. §. ille ergo. Machinatio cō mittitur ex parte verboꝝ. xxij. q. v. queq₃ arte verborū. nam machinatio eſt occulta inſidiatio. Dicit aūt dolus malus ad differentiā doli boni. nam dolus bonus ē qn̄ aduerſus latronē vel inimicū quis machinatur. multo fortius in hoſte₃ publicū. xxij. q. ij. vtilem. ⁊. c. querit. ⁊ xxiij. q. viij. vt p̄ridē. ff. de le. ij. l. cu₃ pater. §. ticia. ad fi. ⁊ talis dolus fraudem excludit. ff. de le. ij. l. prealle. Eſt tn̄ hoſti fides ſeruāda fidē ſeruanti. 23. q. i. noli exiſtimare. ſ₃ frangēti fidē fides frāgit eidē. vt. C. de pac. l. cū ꝓpo nas. i glo. accur. vnde veteres dolū bonū vocabant ſoler tiā. ff. eo. ti. l. i. §. nō ſuit. vnde dicimus. iſte eſt bone ſdo lis. quaſi bonū dolū intus habens. i. ingeniū ⁊ ſolertiā. vn̄ ⁊ Salo. in iudicādo meretrices bonu₃ dolum adhi buit. i. ingeniū. d̄ p̄ſump. c. afferte. Itē dolus bon⁹ frau dem excludit. p̄al. l. cū pater. Ite₃ dolus fraus ⁊ ſimula tio ſūt noīa reatuū q̄ nūq₃ ꝓmittunt a canōe. ⁊ q̄ peccat nō peccat d̄ legis auctoritate. 23. q. 4. q̄ peccat. ⁊ vtilis ſi mulatio ē de his que vi. me. ve. cau. ſi. vn̄. Nil refert ar mis ꝯtigat palma dolus. Nā dolus eſt v̄i⁹ quā qs i ho ſte reqrit: ſ₃ nedū q̄s alienā p̄ſidiā arguat ꝓpriā fidē ſol uat. 22. q. 4. innocēs. Et qn̄o ex dolo datur actio doli q̄ dī ſubſidiaria cū nullū aliud remediū ſupeſt: de hoc vi de Hoſ. Et nota drām inter iſta q̄nq₃ noīa dolus. lata cul pa. leuis culpa. leuiſſima culpa. ⁊ caſus fortuitus. nā do lus ē inſidioſa vl̄ ſtudioſa machinatio ad aliquē decipiē dū: vt ſup̄ dcm̄ eſt de dolo malo verbi grā. depoſuiſti pe nes me librū. ⁊ ego doloſe ad finē q̄ ticiū quē ſcio furē eē: ⁊ q̄ vult furari libꝝ tuū in domo mea itrare faciā: vl̄ mitto oſtiū aptū vt itret ⁊ furet. ego teneor de depoſito ſubtracto: q₂ cōmiſi dolū. S₃ lata culpa ē nō intelligere qd̄ oēs itelligūt, vel neſcire qd̄ oēs ſciūt, vl̄ qd̄ maior pa ſcit. Leuis culpa ē deſidia vl̄ negligentia. S₃ leuiſſima culpa eſt q̄ aliquo mō potuit p̄uideri. Et caſus fortuit⁹ eſt inopinat⁹ rei euētus q̄ a nullo diligēti potuit p̄caue ri. vt inūdatio. naufragiū. ruina. icēdiū. tēpeſtas. incur ſus latronū. de qb⁹ iſti. qui. mo. ꝯtra. ob. §. item is cui. ⁊ ibi meli⁹ q̄ alīq alia lex. ⁊. C. de pig. act. l. que fortuitis. Et qn̄ dolū adhibet reus itelligēda ſūt v̄ba ſ₃ qd̄ actor itelligit. alias debēt itelligi v̄ba ꝓ ꝓ ſēſu. d̄ ſpon. ex lit teris. i tex. ⁊ i glo. Itē qui dolū obijcit dolū ꝓbabit. l. q̄ tiēs. ff. de ꝓba. hoc tn̄ fallit in paſtore: qui negat ſub do lo vl̄ negligētia ouē periſſe ⁊ i cuſtode carceris. ar. ff. de edē. ſi quis. §. vlti. Itē dolus eſt fraus: ⁊ nō ecōuerſo. ff. d̄ pac. l. iure gē. §. dolo. Sed cōtra. ff. d̄ re. iudi. l. fraudē vbi dicit q̄ fra⁹ nō fit ſine dolo. Solu. fraus fit dupli

Diuiſio ē innumerabilis materie breuis coreſino · Glo · ī verbo diuiſio ī fine · ⁊ obligatio · ē primario ·
Diui fratris · duo fratres legend… … in … dictione diuus …
Intellige … ⁊ anto ninū … in titulo de codicillis lib. 2. …
ſeu diui fratris … ⁊ antoninus …

vno modo de re cū conſilio: ⁊ ſic nūq̃ ſit ſine dolo. alio mō de re ſine conſilio. vt quādo aliq̄s decipit aliquē re ipſa ignoranter. ⁊ ſic ſit ſine dolo.

¶ Doli capax eſt pximus pubertati. ſ. quādo mas hʒ. xj. ānos ⁊ dimidiū. tunc. n. pōt delinquere p̄terq̄ in adulterio ſm accur. Femina vero qñ hʒ. ix. ⁊ dimidiuʒ ānos. vt no. ff. de reg. iur. in. l. pupil. Auguſtinus vero dīc in epla ad reuatū. q̄ puer dī doli capax cū eſt. vij. ānorum: q2 tūc mentiri ⁊ veruʒ loqui pōt. de hoc no. in. c. omnis vtriuſq3 ſexus. de peni. ⁊ remiſſi.

¶ Domiciliū alicuiꝰ eſt ibi vbi maiorē partē fortune ſue ꝯſtituit. vl̄ magnā partē bonoꝝ ſuoꝝ. vel ſi ibi habet lareʒ. i. familiā. vt. C. de inco. ⁊ cenſi. l. ſi ciues. li. x. vel ſi nihil ibi hr̄et: aſſidue tñ ibi ꝯuerſaſ. Sola tñ domꝰ nō conſtituit domiciliū. ſʒ magis ibi erit vbi q̄s ſummā rerum ſuarū cōſtituit. vñ rurſus diſceſſurus nō ſit. vñ cuʒ pſecutꝰ fuerit peregrinari videſ. ⁊ ad quē locū cū redierit pegrinari deſinit. de hoc Innocen. de ſo. ꝯpe. ex pte. Abbas tñ non pōt hr̄e domiciliū niſi in ſuo monaſterio: ſʒ aliȷ̄ ſeculares clerici ſic̄ ⁊ laici bñ poſſint plura hēre domicilia cū diuerſis locis ſe ita inſtruxerint. vt nō minus in vno q̄ȝ in alio ſe collocaſſe videanſ. Pōt ēt quis eē ſyne domicilio: ſm Hoſ. de ſo. compe. Et q̄ȝuis Hoſ. ſcripſit q̄ clericus ibi habeat domiciliū: vbi larē conſtituit: nō ſemꝑ vbi eccleſiam hʒ. Archi. tñ. no. q̄ locus vbi clerici ſeu loca in qbus clerici teneſ ad reſidentiam ſemper debent p̄o domiciliȷ̄s reputari. ſʒ etiam aliqui contradicant. ⁊ ſic etiā no. Inno. ⁊ hoſt. de pui. ca. ex ore. vide de hoc archi. de reſcrip. ſtatutuʒ. li. vj. in glo. ſup verbo actor ⁊ reus.

¶ Dñium directū ſm Aço. in ſum. de iur. emphit. circa fi. dī habere ille qui poſſidet ciuiliter tanq̄ȝ dñs: ⁊ illud dī dñium directū. q2 ſolus dñs directus habet ciuilem poſſeſſionē. vt no. in. l. iij. §. ex ꝯtrario. ff. de acq. poſ. vel ideo dicitur habere dñium directum: q2 ſine omni alia obligatiōe liberā poteſtatē hʒ rei: qualr̄ non eſt in illo q habet dñium vtile vel mixtū.

¶ Dñium merum forte idem eſt quod directum ſʒ de illo dñio ⁊ ſequenti raro legatur. Diciſ tamen q̄ illa duo dñia merum ⁊ mixtum ſunt potius due differentie que diuidunt hoc genus imperium. vt ſic omne imperiuʒ aut eſt merum: aut mixtum. vt in. l. imperium. ff. de iuriſ. omni. iudi.

¶ Dñium mixtum eſt illud quod partim cōuenit cū directo dñio: ⁊ partim cum vtili.

¶ Dñm vtile ſm Aço. dī habere ille qui ſolum naturaliter poſſidet ⁊ non ciuiliter: vt emphiteota. ⁊ vſufruc. ⁊ feuda. quod Jo. nō placʒ. vt. l. iij. §. ex ꝯtrario. ff. de acq. poſ. Sed qdam vt Aço. refert in ſum. C. de iure emphi. dicūt emphi. hr̄e quādam ciuilem poſ. ⁊ vtilem rei vendicationeʒ. ff. ſi ag. vec. l. j. Et differt dñium a poſ. vt. l. ſi quis. ff. de acq. poſ. in. §. differētia. Et ibi no. Bar. quid ſit dñium ⁊ quotuplex. Et quamuis cōmuniter dñiuʒ tradatur rei traditione. datur tamen caſus quo dñium traditur ſine rei traditione ſaltem noua: qñ videlʒ quiſ ꝑus hʒ rem aliquo titulo. ſ. pignori obligataʒ locati vel conducti. ⁊ creditor dicet debitori placet q̄ habeam pignus in ſolutum: ⁊ reſpondeſ placet. vt nota. in. l. cū dominia. C. de pign.

¶ Domini recti erant quidam officiales defenſores ciuitatum vel mancipiorum.

¶ Dñi minoris magiſtratus dicti ſunt dñi recti: q2 ſuffragio duorum eligebanſ. vnus conſtituebaſ a plebe. alter a maioribus. vt. C. de iu.

¶ Domus ſumiſ quādoq3 p agnatiōe. l. cū vnus. in pn. ff. de ali. ⁊ cib. leg. ⁊ ad ſille. l. j. in pn. Iteʒ p oibꝰ cohabitantibꝰ in domo. C. ne li. po. ll. pa. p̄e. l. j. in fi. Recipiſ ēt p omnibus gerētibꝰ eadem ſigna vel arma. Etiā cōmuniter domus eſt que ꝯſtat ex parietibꝰ tecto ⁊ fundamento p̄tegens nos a caumatibus ⁊ imbribꝰ. Si oēs de domo nobiliū dñr: an baſtardus ꝯp̄chendaſ. Et rñdeſ capiendo p agnatione. tūc nō cadit. Si p deſcēdentibꝰ ex eodem ſanguine: tūc cōp̄chendiſ. vt in. l. pnū. in fi. ff. d̄ verbo. ſigni. Si capiſ p habitatione: tūc attendiſ an ſit habitās vel ne. Simili̇r recipiēdo p portātibꝰ idē ſignū ⁊ eſt videndū an portet vel ne. Et dīc Bar. q̄ ſʒ ꝯmunē modū lombardie dicēdo oēs de domo intelliguntſ oēs de eodem ſanguine deſcēdentes. ſʒ quādo ſimpl̄r ſit mētio de domo. tūc capiſ p loco. De hoc vide Bar. in. l. tutele. ff. de ca. dimi. Nam appellatiōe domus ſm Bar. nō cōp̄chendiſ porticus. niſi fiat extenſio vocabuli. Et ſic ſtatuta d̄ domo nō cōp̄chendūt porticū. Aliȷ̄ ꝯtra in. l. certa. ff. de leg. j. in. §. ſed ſi q̄s ad opus. Stante ergo ſtatuto q̄ puniaſ repertus ſine lumine in nocte ex̄ domū ſm illos nō puniēſ reptus ſub porticu domus ſue.

¶ Domū reuocare eſt dicere te nō debere liteʒ pati eo loco quo cōueniris: ſed ibi vbi domū habes: vñ legatus q mittiſ romā vel vocaſ a pncipe p neceſſitate vel vtilitate reipu. nō teneſ tunc ibi rñdere: ſʒ hʒ ius reuocādi domū. De hoc vide q̄ legiſ ⁊ nō. de ſo. ꝯpe. c. vlti. ⁊ de dila. expoſuit. ⁊. ff. de iudi. l. ij. §. legatis.

¶ Donatio ſm Aço. in ſum. C. de dona. ⁊ ſm hoſt. in ſū. e. ti. §. j. eſt rei licite nullo iure cogente mera liberalitate facta collatio. vt. ff. e. ti. l. donari. Nā illicita rei donatio nō tenet. vt. d. l. §. ſeʒ. Et dī donatio q̄ſi donis gratis cōtracta datio. vt. ff. d̄ do. cau. mor. l. ſenatꝰ. §. donatio. Donatiōis aūt diuerſe ſūt ſpēs put no. Aço. ⁊ hoſti. ibidē: q2 alia eſt inter viuos: alia eſt cā mortis. Et hec ſūt duo gña donationū. vt inſti. e. t. in pn. Itē donationū iter viuos alia eſt ob cām interpoſitā. alia ſimpl̄r. Et illaꝝ ſimpliciū alia eſt ſimplex pura ⁊ pfecta. alia impfecta ſeu cōditionalis. Et ſub hac ſpecie donatiōis ob cām forte cadūt donatiōes iter virū ⁊ vxorē. imo q̄ſq3 ſūt ſimplices ⁊ tūc regulariter ſūt p̄hibite ppter cās q̄ no. C. de dona. añ nup. l. fi. añ mediū. l. ibi. ſimplices. Interduʒ. n. donationes ille ſūt ob cām honeſtā ⁊ licitā. ⁊ ſunt pmiſſe: vt in caſibꝰ qui ſunt. ff. de dona. iter vi. ⁊ vxo. l. ſi ſpōſus. §. ꝯceſſa vſq3. ad. §. ſi maritus. ⁊ que in illo. §. etiaʒ ꝯſueuerunt notari. per doc. ſ. caſus plures inter q̄s caſus ſunt aliqui: in qbus ēt ſimplex donatio valet. Ideo dcm̄ ē ſupra regulariter ⁊ ſponſalia dona. q2 ſemper in dubiū ob cauſam futuri mr̄imonȷ̄ p̄ſumiſ facta. vt no. in. l. cū veterē. C. de dona. añ nup. Donationum ēt cā mortis tres ſunt ſpēs nō ſolū ſm ordinē regularē: ſʒ etiā ſm ordinē alphabeti. vt in ti. de dona. ppter nup.

¶ Donatio añ nuptias vel ppter nuptias ſm aço. i ſum. C. e. t. eſt illa quā facit ſponſus vel aliq̄s eius noīe ſponſe vel alteri noīe ſponſe. Et hec donatio eſt ob cauſam. Forte tamen ſic dī. l. fi. C. eo. ti. vbi hoc expreſſe habetur q̄ nō ſit donatio ſimplex: q2 ſicut ſine matrimonio dos eſt nulla: ita hec donatio ſine mr̄imonio nulla eſt. Hinc eſt q̄ illa donatio vocatur antiferna quaſi contraria donatio. Et dī ab anti q̄d eſt contra ⁊ ferna donatio. vt p̄ al. l. fi. C. eo. t. Maritus. n. ab vxore accipit dotem. i. donationē ob mr̄imoniū. Sic econtrario ipſe donat vxori ppter nuptias. Et iō licet olim diceref donatio ante nuptias. tñ q2 hodie concediſ fieri poſt nuptias: tūc hodie vocatur donatio ppter nuptias. vt inſti. de dona. §. eſt ⁊ aliud genus. ⁊ dicta. l. fi.

